

talē. Igit̄ in omni loco reperit̄, & in omnib. rebus, quia vt dicit Raymūdus: In omnib. rebus post vltimā suā depurationē reperitur prima materia omnīū rerū in qualibet illarū, in forma Mercurij, que materia dicit̄ gen9 generatiuū, ens reale, terminus materialis nature, in q̄ natura capit sua principia materialia in actu generationis, quia est primum subiectum in natura, Tunc enim species in aliam formam quam prius erant permutantur, sed non quidem species, sed indiuidua specierū, qm̄ ipsa indiuidua actionibus sensibilibus sunt obiecta, eo qd̄ inter se sunt corruptibilia. Species vero cum sint naturalissimæ actionibus sensibilibus, non sunt subiectæ, & ideo inter se sunt corruptibiles. Species vero argenti quæ est argenteitas non permutatur in speciem auri, quæ est aureitas, nec econtra, quia species veræ permutari nō possunt, sed indiuidua specierū bene in suam primā reducuntur materiā. Quia cū forma istius fuerit corrupta et in primam materiā resoluta, tūc etiā necessario introducitur alia noua forma, quia corruptio vnus est generatio alterius, sed quia materia nullo modo ita potest destrui quin sub aliqua maneat forma, vnde destructa vna forma metallorum, immediate introducit̄ alia, scilicet per trāsmutationem Mercurij in sulphur, ad nostram operationem quā intendimus. Etiam omne indiuiduū multiplicat formam

*Quomodo
lapis in omni
re sit.*

h ij